



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita

Dominicus

Francofurti, 1613

Vadimonium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

OLYANTHEÆ

NOVÆ LIBER XIX.

V.

Vacuum.

DEFINITIO: ET ETYMOLOG.



ACVVM, Gr. κενόν, τὸ, & κενόν, vacuo dicitur. Est autem vacuum, locus priuatus corpore, *secundum Ar. 1.4. Phys. Hebr. Rachab.* à latitudine, seu expansione, vt aeris expansio, mirum est vacuū nostri respectu.

A vacuum vaco dicitur. Est enim vacare, proprie vacuum esse. Vacare, si impersonaliter accipitur, significat vacuū tempus esse. Vaco si cum ablatiu sine præpositione iungatur, vt vacas sapientia, hoc est, cares, quanquam carere potest, quod indiges, vel quæ apud natum sis habere. Quare dicitur homo carere aliis. Cic. *Satiatis & expletis iucunditate, quam frui. Quamuis non careret, qui non desiderat.* carere, carere damno, culpa, periculo. Si vero iungatur cum præpositione ab, eodem modo significat, vacuum sum, habitus, vaco ab agricultura. A vaco pariter fit, vacatio, quæ proprie dicitur.

PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Inane locus esse, in quo nihil sit omnino. *Lib. 4. de nat. 1.8.*

In eodem modo inane id videtur dici, quod non est plenum, quod tangendi sensu percipitur. Altero id in quo res aut est, in quo nulla est. *Ibid. T. 8.*

Quidam est quod non est, & priuatio videtur esse. *Lib. 4. de nat. 1.67.*

Nullam habere potest cum eo, quod plenum est, comparari. *Lib. 4. de nat. c. 71.*

In eo omnino nec in eo, quod rarum & tenue est, separatum esse potest esse, nisi quisquam velit omnino inane appellare. *Lib. 4. de nat. 1.86.*

In quo inane est, in auditu domini dicitur. *Lib. 2. de animo 1.1.*

In rerum natura nullo modo esse potest. *Ioan Gram. in 1.1.*

Inane immobile est. *Idem, in 4. Phys.*

Inane existit nihil prohibet sagittam, vel lapidem proici, cum inane, proiectum, & receptaculum. *Idem ibid.*

Inane assimilatur loco, ideo existimatur esse locus, in quo non est. *Aver. in Phys. 1.1.*

Inane non habet differentias, quib. in superius, & inferius diuisum. *Ibid. 1.1. 42.*

Inane non habet naturam, nec vniuersalem, nec diuersam. *Idem 1.1. 49.*

Inane, & locus sunt idem subiecto, diffinitione duo. *Ibid.*

Inane, & corpus mathematicum non differunt, cum vtrumque tres dimensiones abstractas à materia. *Ibid. 1.1. 51.*

Inane in nullo loco est. *Plat. in Tim.*

Inane nullibi in mundo est, omnia sunt plena, *Timæus Locros 1.1. 20.*

Inane nihil est in rerum ordine, solum quod non est, quod existit, vacuum nuncupandum: nihil enim reperiri potest, cum existat vacuum sit acre enim plena non sunt vacua, cum corpus sit non ex corporalib. compositum. *Mer. Trism. c. 7.*

Inane vocatur abyssum Moyses: profundissimum enim est, & profundissimum. *Phil. de mund. opific.*

Inane ne sequatur, in cucurbitulis ignitis aerem qui rapidissime sequitur aer intus in cucurbitulam & secum rapit hunc & cutem. *Fig. in Plat. Tim. c. 83.*

Vacuum ne sequatur, postquam semel cantando vocando aerem protulisti, quæ quis ille propellit anteriorem, eatenus postquam solum repente sublequitur ad vacuum declinandum. *Fig. in Plat. Tim. c. 83.*

Vacuum ne sequatur, si orificium fistule in aquam demiseris & alterum orificium labiis comprehenderit, quatenus aerem hauries de fistula, eatenus fuges & aquam consequentem. *Idem ibid.*

Vacuum ne sequatur, postquam in nubib. inclusus cum acuto vapore ventus deorsum est excussus, consequitur deinceps miro fulminis impetu. *Ibid. c. 84.*

Vacuum ne sequatur, lapillum quem proiecisti non solum propellit tua vis illata, sed etiam aer deinceps repent sublequitur. *Idem c. 83.*

Vacuum ne sequatur, vbi per fistulam semel tracta fuerit furtim aqua, reliqua sequitur. *Ibid. c. 84.*

Vacuum æternum si est, & sibi indiq. simile, immobile etiam esset, non enim mouere potest, nisi excederet, nam quod excedit, vel in plenum, vel in vacuum excedat: quorum alterum in plenum non potest admittere, & vacuum nullum est. *Arif. de æno. Zeno & Georg.*

Vacuum affirmantes aiunt esse locum corpore priuatum. *Idem Phys. 4. c. 1.*

Vacui consideratio eodem modo pertinet ad physicum de loco, quia similem habent vt fidem, & incredulitatem per ea, quæ putantur. *Ibid.*

Vacuum est locus in quo nihil est. *Arif. Phys. 4. c. 2.*

Vacuum vno modo dicitur non plenum corpore sensibili secundum tactum: alio modo in quo non est hoc aliquid, nec sustantia corporea. *Idem ibid.*

Vacuum nec separatum, nec aggregatum, nec in raris corporibus esse non potest patet. *Them. in 4. Phys. 1. 86.*

Vacuum & inane nihil est. *Simpl. in 1. Phys.*

Vacuum si aliquid morus causa esset, alterationis non potest esse causa. *Idem in 4. Phys.*

Vadimonium.

SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

De Vadimonio. DIAL. XIV.

Francisci Petrarce.

DOL.

VADIMONIO exagitor. R. Amissam modo pecuniam querere, iam proiectam quereris. Nonne vltro te obligans pecuniam proiecit? vulgaris insania plurimorum, qua per facile & pecuniam perdidit & amicum. D. Pro altero fidem obstrinximam. R. Pro te ipso eam solues: & nil debere, ac sine compedibus agere quam iucundum sit tuo dices incommodo. D. Vadim pro amico dedi me. R. Da posthac amicis egenis aurum, argentum, vinum, oleum, frumentum, vestes, domos, prædia, consilium, solatium, cum amicis demum omnia partire. Vnam tibi habe, nullique vnquam tuam dederis libertatem. D. Promisi pro altero. En soluendi dies adest. R. An tu futuram ignorabas? an reuictum non sperabas? An non heredem saltem, quem cogitabas quem spontaneis vinculis inuolueres? Bene autem habet quod in caput errantis poena redundat erroris. Sentio autem dilatio te tefellit. Media promissionis inter ac solutionis diem spacia vana mente metimini, quæ vt reliqua tempora longa videntur dum spectes, dum præterire breuissima. Volant enim horæ, dies, noctes, hebdomadæ, menses, anni, lustra, sæcula, & quæ distantissima iudicantur in foribus sunt. Itaque quod in paucorum interstitio mensum nunc stupetis, si aperti essent oculi, clare quidem multis in sæculis videretis. Sed vos quasi tempus desiderio vestro pareat non naturæ suæ, non venturum vobis te minimum, nec ituros dies fingitis, atque hæc se velut oculis clausis præcipitium prætercitis, verbo placidi vobis esse videmini & urbani pro alio promittentes, quasi non verba hæc & promissa clandestina, mox in publicum eruptura tumultusque rerum maximos allatura sint. D. Despondi pro amico. R. Amicorum indigentis scis præsentis, si

TTTTT 2 quod

Quod adest, remedio succurrendum. Non te illaquees, atque in crastinum nil promittas, quod non poteris si succurri aliter quam promittendo non possit. Nunc qui atiner promittere, quod si implere non possis salute facias at si possis, superuacue. Sed vos rerum auarissimi estis & prodigi promissorum, quasi vero res ipsas promissilla non exigant. Quod dicas defuisse in tempore ferenda opus facultatem fuisse autem de futuro spem, quia postmodum desituitis fisis. Nondum ergo didiceras, ut fallacissima rerum omnium spes est: Nihil inuenias, quod tam crebro vos fallat. Nihil est tamen cui tam cupide credatis, tam subdola, & tam blanda est, ita se dulciter, ac latebre infinat, sic in vita diucllitur. D. Vadimonio me addixi. R. Credo oblitus illud Thales Milesii celebre documentum, Vadimonio adesse noxam. Et quid de hoc ille vir sapiens dixerit, quod memorasse non inutile crederem, quodque in latinum versum ab auonio ad hunc modum sonat. *Sponde, inquit, me a proso sibi est. Per mille possem curere exempla, ut probem praedes vadesque penitundis reos, sed nolo nominatim quenquam dicere. Sibi quisque verum dicat, & secum putet, spondere quibus damno fuerit, & malo. D. Memetipsum sponte obligans erravi. R. Error hic purgator igne post obitum non egebit, ubi admissus est purgabitur, de illo am enim genere est, quae iuum supplicium secum ferunt. D. Promissione me obstrinxit. R. Solutione te libera, & quem lingua vinculis innoxuit, manus soluat, proderit vincam fuisse cum euacris, laqueos semper horrebis.*

Vide, Iudex, in Iudex, Iustitia,

Valetudo.

DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

Valetudo, Graece *ὑγιασις*, & *ὑγιανειν*, ὁ, ὁ sanus, & *ὑγιαινω*, valco dicitur, valere autem proprie significat posse. Hinc valens, potens; Quid, *Nessus adit, pedibusq; valens sciturq; Vadoram.* Hinc valitus, pariter potens, robustus, firmus, cuius contrarium est inualidus. Hinc etiam valide, & per synopen valde, hoc est multum. Hinc bene valere, sanum esse, quasi bene posse, & male valere, aegrum esse, & infirmum, quasi male posse. Qui enim potentes & validi sunt, sani etiam sunt: e contra impotentes & inualidi aegrotare dicuntur, quare valere simpliciter capitur pro eo, quod est saluum esse *Martia s, Ne valeam si non totis Daciane diebus, Et tecum totis notibus esse volum.* Hinc Vale vox salutantis est, cum ab aliquo recedimus, quo verbo & qui recedit, vitur dicens, Vale & qui remanet respondens, Vale, & tu. Sicut salue & aue salutantium sunt, & eorum qui saluti resalutant. Et quoniam absentes per haec verba salutare solemus, vale & salue, consuetudo inualuit, ut haec duo verba sepe pro eo, quod est abi & discede, vsurpemus, etiam si cum somacho, & indignatione loquamur: Ter, *Valeant qui inter nos distidui quarunt,* hoc est, abeant & a nobis discedant. C. *Multam salutem dixi pro te curis,* hoc est, reliqui fortum & curiam, & ab his discessi. Nec valere simpliciter acceptum, quo perire aut male habere vsurpatur, ut nonnulli putant. Ab hoc valeo valetudo venit, quae pro languore accipitur. Cic. *Valetudinem tuam cura dilige,* hoc est languorem, infirmitatem. A qua valetudinarii dicuntur, qui male sani sunt, & frequenter aegrotant. Aliquando valetudo sanitatem significat. Cic. *Sed nunc valetudini tribuimus aliquid.* A valeo fit conualco & conualesco, quod est sanitatem recupro. Item conualco, quod significat robur & firmitatem acquiri. Vnde inualuisse consuetudinem, inualuisse mores dicimus, & ab eo valeo videtur deductum, quod significat possum.

PHILOSOPHORVM DICTA.

Valetudo secunda, est quaedam mediocritas. *Arist. problem. sect. 1. num. 3.*
 Valetudine qui fruuntur secunda, aut nullo premanitur morbo, aut pressi celeriter e vita decedunt, quia nisi magna de causa aegrescere nequeunt. *Ibid. num. 28.*
 Valetudinis ratio habenda est diligentius, quum tempora variantur. *Idem num. 3.*
 Valetudo corporis ea est, ut expertes morbi sint: non enim aliquis beatur in valetudine existimare potest, quum quis ab omnib. reb. aut plurimis absit. *Idem Rhet. 1.*
 Valetudinis ars est, causa pulchritudinis, & magnitudinis naturae. *Arist. Rhet. 1.*
 Valetudo est bonum, quia causa est duarum rerum quae maxime apud vulgus in pretio sunt, id est voluptas & vita. *Idem.*
 Valetudo quae efficitur in aegrotante fit, ex valetudinis forma rationeque in medici anima exultante. *Alex. Aphrod. in 6. met. aph. co. 20.*
 Valetudinarii, qui habent naturam in potentia nihil a quibusvis patienti. *Am. in predicam.*
 Valere cum dicuntur ceteri, salui esse intelliguntur: amante cum vale audiant, male audiunt: imo malum. *Ec. ap. lib. 1.*
 Valetudinem prosperam retinere omnibus optabilis est neper-

eat, quam recipere pereuntem: ideo & legislator & medicus in quantum possunt & anima & corpus sanantem. *Idem de leg. dial. 3.*

Valetudo ad incundum quidem praecipue refertur, quoque nec non honesta esse videtur. *Leo Heb. de amore dial.*

De valetudine corporis. Dial. III. Franc. Petrarcha. GAYB.

Quid quod valetudo prospera est. R. Quicquid de fortuna diximus, reperitur pura. G. Valetudo corporis incundum aduerfo mille morborum armata generat valetudinem, interea voluptas militat, familiaris cerantudo corporis tuta est. R. Inconspicua incunditas, quae se & incautos facere solcat: possit flores suos, & facere mites, quos valetudini propriae diffidentis intento decantat. Ilerudo corporis bona est. R. Bene vtere. Alioquin, quum, & graue malum fit (ut solita est), culpa culpam, in tantis periculo & pestilens fanitas fuit, qui tutus aegrotant leudo corporis optima est. R. Res pergrata: multum, seu corpore quid agendum, seu animo est. Sed ut quatuor tribus herbarum inter vis veneni, quae dum aliarum virtutibus purgata est, salubre poculum, est pluribus fit, quod pestiferum fuisset. Sic corpora sanitas ne nocua sit, aliter quam adiuncta animi prospera valetudine emendat. Nusquam pius quam in sano corpore aget animus habet.

De aduerfa valetudine. Dial. III. DOL.

At aduerfa valetudo est. R. Quod expectabam, aduerfa etenim sunt querela. At si caro spiritui hostis est, tra se militat, quod in se expertus ille magnus venatoribus verum dixit, consequens est, ut quod aliter cogit. Quod si spiritus carne nob lior meliorque est, cui in manu dum vides: ac fortassis intelligis valetudinem, quum aduerfa esse prosperam. D. Inualida valetudo est. R. At tatrix pariformis, dehoratatrixque libidinum, & magis. D. Mala valetudo corporis. R. Si valetudo animi bonum, licitudinem, quicquid corporis euenit saluus est. D. Con infirmumque est. R. Multis ad salutem animae proficitur gritudo. Ille vir altus, exhumili, est aquis vetus ad clauiger effectus, cuius vmbra sola morbos corporum repellat, interrogatus aliquando cur filium ipse suum gravem pressam iniret respondit. Sic expedit ei. Tu quid facis expedit? D. Diu corpore sic affectus sum. R. Ille idem de filiam mox vt tuo sanam fieri posse cognouit, & sanandis alius habilem fecit. Et tu facito, ut cura est sanandae esse sanabere: Denique (quod tuum est) animum tuum a medico curandum offer. De reliquo vnum hoc tantum, & si non quod iuuat, at profecto quod expedit, spera. D. Anxia est. R. Est quae obliuionem somniumque dicitur rem abigat. D. Valetudo infirma est. R. Infirmitatem, & virtutem perficet. Duo haec vnius magistri sunt. Valetudo misera est. R. Comes inuadenda, sed habenda vellicet, iter figeret, & conditionis admonet, opumque lris monitor fidus. D. Valetudo corporis extrema, est. R. Sile, & gaude ruinoso carcere vincum te, quous, ac citius.

SIMILITUDO.

Democriti. Ut vnctio non quae suavis est, aut longae sed quae sanat: Sic cibis, non qui iuuat, aut multus, bonum valetudinem necur. *Apud Max. serm. 27.*
 Vide supra, Sanitas. Item Morbus, Medicus.

Vanitas.

DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VAnitas, Graece *Ματαιότης*, *vanis*, & *παύειν*, *vanus*. Hebraei variis nominibus Vanitatem designant, id est, nihilum, res nihili & nullius momenti, me tributur idolis, iuxta dictum Apolloli, 1. Constat mus, quod idolum nihil sit in mundo: perinde ac *AL EL*, non Deus. Omnia enim idola & dii gentium *Elohim*, sed *Elilim*, id est, vanitates, res nihili, nihil, & nihilum rediguntur. Cognationem habet haec vox *lalal*, *ylulaut*. Nam idolorum cultus nihil potest canone scientis parere aliud quam dolores & vltimus. Hinc *Mich. 7. 1.* Gall. *Helas. 2.* Alia vox est, nempe *Heb. 1.*